



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Caput VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

52 Decreta & Statuta Maximiliani Henrici  
probatum. Pastores interim & Vice-pastores,  
subditos suos, qui diuturno morbo detenti  
Ecclesiam adire non possunt, doceant, ut  
illis suas pie preces jungant, qui corpore præ-  
sentes Divinis intersunt Officijs, & ad excitan-  
dam pietatem, observent Divinorum Officio-  
rum tempora, vel campanarum pulsum, quo ea  
quæ tempore Missæ in Templis peraguntur,  
indicantur, & ubi corpore adesse non possunt,  
corde & pijs orationibus se se præsentent sistant.  
Quod dum religiosè faciunt, salutaribus huius-  
modi ordinationibus, per quas antiqui Cano-  
nes in usum revocantur, obsequendo, majora  
veræ pietatis facient incrementa, quam si im-  
portunis precibus Missas intra domesticos pa-  
rietes celebrandi consensum extorserint.

Suprà part. 2. tit. 1. cap. 2. §. 1. & seq.

### C A P U T VIII.

Calicu[m]  
Vasorum sa-  
cerorum ma-  
teria.

§. 1. **C**alices Stannei, quorum usum in Mis-  
sa sacrificio periculoso hoc bellite-  
pore non absque dolore Nostro permisimus,  
simul atque meliora tempora affulserint, omnino  
tollantur, eorumque loco, si non aurei, argen-  
tei saltem substituantur, aut certè superior  
eorum pars seu cuppa sit argentea inaurata,  
maxime ubi non est periculum ab hostibus  
aut prædonibus: sicubi verò ejusmodi peri-  
culum, vel extrema Ecclesiistarum pauperies,  
liave necessitas stanneos retinere jubet, ijs sin-  
gulis quindecim diebus, vel singulis minimum  
mensibus diligenter mundentur & defricetur.  
Calices autem, Patenæ, Pixides, Hierothecæ  
& Ciboria cuprea, vitreave, aut lignea pen-  
tus removeantur quia illa ob vini virtutem  
celerius eruginem, quæ vomitum provocat, con-  
trahunt, hæc fractioni facilissimè sunt obnoxia.

v. vasa cum Calix de consecrat. dist. 1.

§. 2.

ice-pastores, rbo detenti doceant, ut corpore p̄z ad excitant. nrm Officio lsum, quo ea peraguntur, non possunt, entes sistant. aribus huius- tiqui Cano- do, majora quām si im- mesticos pa- serint.

usum in Mis- hoc bellitē- permisimus, int, omnino d̄rei, argen- te superior ea inaurata, ab hostibus smodi peri- uperis, a- abet, ij sin- s minimum defricetur. Hierothecæ ignea pen- i virtutem vocat, con- t obnoxia.

§. 2. Quandoquidem prohibitionibus Apostolicis refragatur, patentibus nudè collaribus lineis, cum annulis, chirothecis, manicis, etiā hieme frigoris arcendi causa, Sacrofæcum Missæ officium celebrare, vel crucem aliquam sive auream sive argenteam, sive ex alio metallo ante pectus suum suspensam, etiam extra Missam palam deportare; hinc severè inhibemus, ne ullus Civitatis & Archidiœcesis Nostræ Colonensis Sacerdos, etiam Præpositus, Archidiaconus, Decanus tam Collegialis quam Ruralis, Doctor Prothonotarius Apostolicus, Canonicus, Pastor, Vice-pastor collaribus lineis detectis, aut, nisi sit Episcopus vel Abbas jus baculi ac mitræ deferendæ habens, annulum in digito, aut manus chirothecis, sive manicis rectas, gestans, Sacrificium Missæ celebrare, vel extra illud crucem in pectore, nisi quibus id ex speciali privilegio Apostolico cōpetit, palam deferat; si autem secus quisquam fecerit, is Nobis aut Generali Nostro in spiritualibus Vicario, non tantum ipsius collaris, annullivè seu crucis, chirothecarum & manicarum privatione, sed etiam graviori pœna arbitraria pro ratione delicti puniendus, denunciatur.

*Collarium  
chirotheca-  
rum, annu-  
lorum usus  
in Sacra pro-  
hibitus.*

Infrāpartiu 3. tit. I. cap. 2. §. 10.

### C A P U T IX.

§. I. IN Missis necessariò adhibendi sunt mini-  
stri, saltem privatis in Missis unicus, qui totius populi nomine Sacrificanti respondeat, ac vinum aquamque porrigit. Et ne ministri hujusmodi malè vestiti ( quemadmodum æstate penè nudos pueros scholares in hac provincia reperire est ) vel pannosi & sordidati contra Sacrificii Divini reverentiam adhibeantur;

*Laici Sacri  
Ministri.*

C 3 volu-